

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Historiae|| Natvralis|| De|| Serpentibvs|| Libri Dvo.||

**Jonston, Jan**

**Heilbronnae, MDCCLVII.**

**VD18 90529200**

Historiae Natvralis De Serpentibus. Liber II. De Draconibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11078**



rembergii) se vidisse quosdam Eufitanos, cepisse in India aliquos, rati poluos esse, ut iis sedarent famem: incolas tamen admonuisse ne facerent, noxios esse, nec poluos suos esse, et distingui pedum numero, nam angues illi impares illos habent.

Huc ponemus tum illos qui fescuipedales, eximii coloris, in Cuba insula vivunt, et *Boquatrara* vocantur: tum eum cuius iconem a Pellicerio observati Rondeletius exhibet. Terrestris anguis specie est, colore rubro, cum lineis obliquis et sinuosis a dorso ad ventrem ductis, eam-

que lineam a capite ad caudam fecantibus. Sciffura oris non admodum grandis, dentes acuti et ferrati, branchiae operatae, squamosi piscis instar. In dorso a capite ad caudam fere, quaedam veluti capillamenta tenuia, pariterque in alvo. Claudant agmen illi qui in flumine Americano Urquaja, quatuordecem passuum longitudine, duarum ulnarum latitudine, capitibus super undas eminentibus natant, et homines natandi vel bibendi causa flumen accedentes cauda involutos in eundem trahunt.

Bembus Venet. Hist. 1.6.

\*\*\*\*\*

HISTORIAE NATVRALIS

De Serpentibus

LIBER II.

De Draconibus.

TITVLVS I.

De Draconibus in genere.

Ambros. A. H. S. l. 2. c. 1. Nomen.

**D**raconis nomen non tam *παρά τὸ δράν ἄχθον*, quod magnam hominibus molestiam creet, iis insensibilissimus; quam *παρά τὸ δέρκεν*, quod visione valeat, venit. Graeci *Δράκοντρα* vocant. Syrenasalibi dictos apud Isidorum extat, et in Arabia alatis tale nomen.

Descriptio.

In *Descriptione* non bene convenit authoribus. Abensina et Aëtius asperrimis *squamis* obritos, magnis *oculis*, pelle *superciliarum* loco eminenti, cum pelle *barbae* instar sub mento, amplo *ristu*, *lingua* exerta, *dentibus* magnis instructos faciunt. At Solinus adeo parva ora habere scripsit, ut mordere non possint: id est, non dehiscencia ad morsum: *Dentium* quoque numerus in controverfo est. Claudius Minos fedecem ponit. Nicander triplici ordine dispositos. Eidem Draco est colore nigro, ventre subviridi cum palearibus sunt mento rufi coloris. Philostratum si sequimur, montanorum juvenes modicam gerent cristam, aetate provecti grandiozem, et crocei coloris barbam: palustres

cristis carere. Plinius vero expressit. *Id modo mirum, unde cristatos Iuba crediderit.* Circa Atlantem media corporis parte crassescunt, cauda et collo gracilimi.

Plin. H. N. 1. 8. c. 13. Leo African. 1. 9.

In Africa inprimis et India repertiuntur. Nam Plinius apud Aethiopes Azachaeos, Strabo apud Hesperios; Leo Africanus in specubus Atlantis; Solinus in montibus Aethiopiae ardentibus meridiei obversis; Philostratus circa Gangem flumen; Abensina in partibus Nubiae; in provincia Caraja Paulus Venerus; prodidere. In Calecur multos adolere, alii authores sunt. Bellonius ex quadam Arabiae parte in Aegyptum alatos deferri scribit. Nicander in Pelethroniis ad Pelium in Theffalia montem, vallibus quendam olim stabulatum. Fuisse et ad Cracoviam, in historia Polonica legimus.

Locus. Plin. 1. c.

Solin. Polyhist. c. 33.

Philostr. in vita Apollonii.

Bellon. obs. 1. 2. c. 7.

Nicand. in Theriac.

Famem diutissime ferre possunt. Semel cibum aggressi, difficillime satiantur, ita ut rebus venenatis, herbis, pomis inprimis, quorum succo alvum laxant, vescantur: nausea ex illis vexari, lactuca sylvestri sibi meden-

Vitium.

Arist. H. A. 1. 9. c. 6.





Plin. H. N.  
l. 10. c. 72.

medentur. Ova serpentum spectanda arte sorbent. Aut enim solida hauriunt, si jam fauces capiunt, quae deinde in semet convoluti frangunt intus, atque ita putamina excutiunt: aut si tenerior est, et catuli adhuc aetas, orbe apprehensae spirae, ita sensim vehementesque praestringunt, ut amputata parte ceu ferro, reliquam quae amplexu tenetur sorbeant. Simili modo avibus devoratis solidis (dicuntur hos spiritu copioso de stabulis egressi attrahere) contentione plumas et ossa revolvunt. Aristoteles sumptum ovum iterum atque iterum sibi admovere, quoad summam partem rectam stant, et tum, parum contractos se colligere, ut distento corpore, haustum ovum deorsum labatur, dixit.

Aelian. H.  
A. l. 2. c. 21.  
Philo in  
Tambis.

Arist. H. A.  
l. 8. c. 4.

Generatio.  
Herodot. in  
Thalia.

De Generatione vix habeo quod scribam, quia et apud auctores nihil fere occurrit. Herodotus capite maris in faeminae os inferto coire fabulatur: mutuo complexu congressi verisimile est. Afri ex lupae cum aquila congressu, Draconem erumpere, rostro et alis patri, cauda matri similem, corio serpentino, multisque maculis versicolore, nugantur. Quidam factus vivos parere docent; alii ova, quod de Ternatenibus Balthasar Diaz scripsit. Vtrumque facile concederem.

Antipathia.  
Geopon.  
l. 9. c. 7.  
Arist. H. A.  
l. 9. c. 1.

Inimicitias cum Aquila et Elephantate gerit; adeo ut Geoponicorum author prodiderit, non stabulari ibi Draconem ubi sterco aquilae inveniretur, auditoque alarum ejus strepitu, in antrum aufugere, Aelianus scripsit. Dimicationem cum ea ita Nicander describit.

*Hunc petit invisum, magni Iovis armiger hostem,*

*Cumque genis parat acre suis ex aethere bellum,*

*Pascentem in sylvis quam primum viderit illum*

*Quod totos ferus is nidos cum mitibus ovis*

*Et simul ipsa terens, et vastans pignota perdit.*

*Non timet hoc serpens, immo quodam impete durus,*

*Profiliens, ipsamque Aquilam, leporemque tenellum*

*Extrahit ex rapidis, vi fraudeque fortior unus.*

*Cauta malum declinat avis, fit ibi aspera pugna;*

*Vt queat extortam victor sibi tollere praedam,*

*Sed frustra elapsam, et volitantem hinc inde volucrum*

*Insequitur, longos sinuum contractus in orbem,*

*Obliquoque levans sursum sua lumina visu.*

Quomodo cum Elephantibus dimicent, in horum historia scriptum.

Quae de Gryphibus apud Philostratum habentur, fabulosa sunt.

Venenum habere nonnulli negant: solo interficere morsu. Alii aërem inficere halitu, cuius exemplum apud Aristotelem legitur.

Tempore Philippi Regis Macedonum inaccessa ideo montis cujusdam Armeniae via, extinctis demum Draconibus patuit. At Gesnerus et Stumpfius venenatos probant. Prope Niderburgum oppidum, cum se Dracones in quodam fonte abluissent, quicumque post ex eo bibere, alvo tumefacta moriebantur. Is qui Helvetiam a Dracone supra pagum Wilver stabulantem purgavit, sanguine ejusdem conspersus, occubuit. Morsum dolor partis et faetor excipiunt, vulnusque paucum fundit sanguinem. Laudat Plinius gramen; Aëcius remedia quae in aliorum ictibus adhibentur, praescribit. Ponzello caput abscissum, pelle nudatum et impositum placet.

Circa Mores observa, vigilantes esse, et ideo non tantum auditus exquisiti, sed et visus acutissimi. Aurimicis si quas invenerint, incubare, Philostratus prodidit. Rem aliquam aggressuri ingentem sibilum edunt.

Vernam nauleam lactucae sylvestris succo adstringunt. In Aethiopia quaterni et quini inter se cratium modo implexi erectis capitibus velificantes, ad meliora pabula Arabiae, fluctibus vehuntur. Indies majorem adipiscuntur vigorem, et ad extremam senectam perveniunt. Homines adoraturi mortiferas radices comedunt. Cicurari denique solent.

Hera-

Mores.  
Plin. H. N.  
l. 8. c. 27.  
Plin. H. N.  
l. 8. c. 13.  
Aelian. H.  
A. l. 6. c. 4.

Vsu.

Galen.  
Alim. l.  
cult. l.

Differen.

M. Pau.  
Venet. l.  
cap. 40.

Aelian.  
A. l. 17.

Aelian.  
A. l. 15.

Strabo  
gr. l. 10.



Heraclides Philosophus exarmatum habuit, qui gradienti et quiescenti canis instar adfistere solebat.

*Vfus.* Aethiopes eis vescuntur, quod vitrei sint eorum carnes coloris et maxime refrigerent. Vesputius etiam, cum extra fortunatas insulas navigaret, populos quosdam similibus draconum animalibus demptis alis in cibo uti vidit. Aegyptii serpentibus vescuntur, ut Galenus scripsit. Quantum ad *Medicinam*, commendat ad fugandas venenatas bestias adipem *Plinius*: eadem in ulceribus illatis utitur: Cum melle commisto, inchoantes caligines sanat. Caput si gestetur, a lippitudine praeservare scribit. Os ex spina dentium dolores sedat. Reliqua nugatoria sunt. De lapide alibi agemus.

*Differentiae.* *Differentiae* Draconum a magnitudine, loco, colore, figura et venefica qualitate sumi possunt. Magnitudo pro ratione natalis soli variat. Marcus Paulus Venerus decem cubitorum in provincia Carazon stabulari dixit. Tempore Philadelphii duo quatuordecim cubitorum ex Aethiopia Alexandriam delati fuere. Hieronymus unius XV. cubitorum meminit. Aelianus in Aethiopia XL. Octavianus Augustus L. cubitorum Romae aluit, et populo ostentavit. Tempore Alexandri visus in India LXX. longus. Apofysares LXXX. cubitorum nurrivit. Strabo, centum reperiri, scripsit: jugeri in Macra juxta Iordanem longitudine, et tam altum, ut duo equites hinc inde locati se conspiceri non possent. Taceo Posidonium qui de quodam prope Damascum, centum quadraginta pedum scribit: Gellium, apud quem de illo, qui M. Atilii Reguli exercitum infestavit: Egnatium, qui de cujusdam intestino centum viginti pedes longo prodidit. *Loci* ratione sunt alii *montani* qui grandiores, et acriores, cristis insigniuntur: alii *palustres* qui tardi motus, caput vix attollunt, et cristis carent. *Colorem*

species, si sunt Aetio, nigri, rufi, cinerei; Nicandro ventre subviridi: Philostrato tergo nigri; Homero rubicundi: Pausaniae fulvi; Lucano aurati.

*Figurae* sunt variae. Sunt auctori libri de natura rerum Draconopaedes, facie humana, vultu venusto, reliquo corpore tortuoso: inter quos et ille qui primos parentes seduxit, censetur. Sunt suibus similes, corpore graciliore, rostro validissimo, dentibus aprinis, ut apud Aetium legitur. Sunt in Congo arietis magnitudine, alati, fulvi, oblongi rostri, crudis carnibus vescitantes. Sunt ad Gangem; si Philostrato credimus, quorum oculi, lapidis preciosi instar, coruscant. Sunt apud Plinium, pedibus anserinis: apud Thebanos cornu munitissimi, in regione Carajam quidam qui tantum anteriores pedes habent: alii qui pedum loco duabus unguis armantur, ventre enormi, rictu amplo. Dari *Alatos* nullum dubium; eosque membrana ab anterioribus ad posteriores instructos, quam in volando expandunt, dum quiescunt ad alvum colligunt. Sane tales Aristoteles in Aethiopia, Lucianus in Lybia, Iovius in Georgiana, Bellonius qui et cada-ver conditum habuit in Aegypto, ponunt. Cardanus duos Lutetiae bipedes vidit. Solinus, circa Arabiae paludes versari observavit. Vixit et in Florida tam exiguis alis, ut vix se a terra attollere possit. De iisdem quoque apud Pomponium Melam, Ciceronem, et Herodotum habetur: qui ab Ibidibus in Aegypto perimi addunt. De *Venenorum* differentis habe. In monte Atlante solo contactu interimere, capite et cauda graciles, sed ventre adeo immanes, ut vix sint ad rependum idonei. In monte regni Narsingae, qui in arboribus versantur, obtutu perimunt. Vnde quidam in *arboreos* et *Chamodracones* distinxere.

Philost. l. 1.  
de vita Apollonii c. 2.  
Homer.  
Iliad. l. 12.  
Lucan.  
Pharsal.  
l. 9.

Aetius.

Plin. H. N.  
l. 11. c. 47.

Lucian. de  
Dipsadib.  
Iovius Hist.  
l. 18.

Bellonius  
obs. l. 2.  
c. 70.

Mela. l. 2.  
c. 4.

Cicero  
de N. D. l. 2.

Herodot.  
l. 2.

Scalig. Ex-  
erc. 183.



## TITVLVS II.

## De Draconibus in specie.

## CAPVT I.

## De Draconibus non alatis.

## ARTICVLVS I.

## De Draconibus non alatis apodibus.

## PVNCTVM I.

## De Basilisco.

**D**racones optime in non alatos et alatos: illos in apodes et pedatos distinguemus. Apodes sunt Basiliscus, Draco Pythius, et quidam Exotici. Basiliscus Latinis Regulus vel quod terrori aliis Draconibus sit, vel quod diadema in capite gerat, ut Festus, habet, dicitur. Sibilo ejus reliquos terreri, et praedam derelinquere, apud Aelianum legimus. Descriptiones ejus variae habentur. Galenus facit flavum, triplici apice frontis decorum. Abensina, ad flavedinem et nigredinem vergentem, capite valde acuto, oculis admodum rubentibus. Plinius XII. non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diadema te insignem. Grevinus ex Nicandro III. palmos longum, corpore flavo, tribus eminentiis superbum. Alas nonnulli tribuunt, sed exiguas et absque usu. Ille qui in Marchia, in Abbatis Zinnenfis ditioe prope Lucken Waldam interfectus est, erat acuti capitis, flavi coloris, tres palmos longus, et valde crassus, cauda in latus turbinata, alvo notis candidis distincta, ore magno, tergore ad cyaneum tendente, prout eum Encelius descripsit. Addidit pastor, circa paludes divagari, ranis, serpentibus et aliis animantibus vesci, vaccas saepe interimere, et lacte delectari. Formantur et ex Raja, prout ex icone videre est. Servantur in Musaeo Bononiensi. In Cyrenaica nasci prodidit Plinius: Africae proprium Aelianus dixit. De Generatione vix quicquam compertum. Ex ovis ibidum prodire posse, Aegyptiis creditum: ex ovo galli in lutamine sepulto Alberto:

figura, gallo, cauda excepta, futurum scribit: ex ovo galli decrepiti, vulgata sententia; ex sylvestris Encelio proditum. Quid sentiendum sit alibi dicemus. Quomodo formari a gallo intra ovum possit, cum utero destituatur non video. Incubasse a gallinis posita, non diffiteor. Inimicitias gerit cum mustela, gallo, insectis et aliis Serpentibus. De Mustela ita Plinius. Huic tali monstro (saepe enim eneatum concupivere Reges videre) mustelarum virus exitio est: adeo naturae nihil placuit esse sine pari. Injiciunt eas cavernis facile cognitae soli tabe, necant illae simul odore, moriunturque, et naturae pugna conficitur. Mustelis tantum vinci dixit Solinus, quas illinc homines inferciunt cavernis in quibus delitescit. Vis tamen ne defuncto quidem deest. Aelianus galli praesentiam pertimescere dixit: ideo iterantibus per Africam comes. Mori quoque si canentem audivit, addit. De insectis Solinus. Basilisci reliquias amplo sestertio Pergameni comparaverunt. Ut aedem Apellis manu insignem, nec araneae intexerent, nec alites involarent, cadaver ejus reticulo aureo suspensum ibidem locarunt. De Gressu habet Plinius, nec flexu multiplici ut reliquos corpus impellere, sed celsum et erectum in medio incedere. Cum movetur, media corporis parte serpere, media arduum et excelsum esse, scripsit Solinus. Necat frutices, inquit Plinius, non contactos modo, verum et afflatos: exurit herbas, rumpit saxa. Talis vis malo est. Creditum quondam ex equo occiso hasta et per eum subeunte

Nomen.

Aelian. H. A. l. 2. c. 7. Descriptio. Galen. l. de Theriaca ad Pisonem

Plin. H. N. l. 8. c. 21.

Encel. de re metall. l. 3. c. 54.

Aelian. H. A. l. 3. c. 31. Generatio.

Antipathia.

Plin. l. c.

Solin. c. 27.

Aelian. H. A. l. 3. c. 31.


Solin. l. c.

Venerum.



*Basiliscus, siue regulus Greuini.*  
Aldro.

Tab. XI




*Ouum galli putatum Aldro*

*Ouum galli natum Regii anno 1628 Aldr.*



*Draco Apicios Greuini*  
Aldro.



*Hydra septiceps Ges. Aldro.*




*Hydra septiceps*  
Aldro.





INSITU NATURALIS





Alphonsus



Alphonsus



Alphonsus



Alphonsus





Draco ex Raia effictus  
Aldrou .



Draco alter ex Raia


exsiccata concinnatus  
Aldro .



Basiliscus in solitudine Africae vivens  
Aldro .



Basiliscus ex Raia effictus prone' et supine' pictus  
Aldro .



Plin.  
l. 8. c.

Solir

Luca  
Phar

Diof  
l. 6.

Cluf.  
l. 1. c.

Differ

Apoll  
Argon



Plin. H. N.  
l. 8. c. 21.

eunte vi, non equitem modo sed equum quoque absumptum. *Solimus* vero tradit, non hominis tantum vel aliorum animalium exitiis datum, sed terrae quoque ipsius, quam polluit et exurit, ubicunque ferale forsitur receptaculum. Denique extinguit herbas, necat arbores,

Solin. c. 27.

ipsas etiam corrumpit auras, ita ut aëra nulla alicum impune transvolet infectum spiritu pestilenti. Intuitu interimere, vix crederem, quis enim primus vidisset. Halitus pestilens interitus causa, qui per aërem diffusus, homini se insinuat. Ideo Nicander.

*Tam teter vacuas odor hinc exhalat in auras,  
Atque propinquantes penetrant non segniter artus.*

Lucan.  
Pharf. l. 9.

Venenum etiam per tela currere, et manum invadere apud Lucanum habetur. Morsus ex inflammatione, vulneris flavedine, et capillorum defluvio colligitur. Id Dioscorides, ex Erasistrato; hoc Aëtius prodidit, Remedio est colubrinum lignum, quod ex insula Zeilan adfertur. Adhiberi ibi contra serpentem coronatum, qui Hispanis Cobras de capolo dicitur, et sine dubio Basiliscus est, Carolus Clusius prodidit. Animalculum etiam quod ibi cum eodem pugnat, eo sese munire observatum.

Dioscor.  
l. 6. c. 55.

Claf. Exot.  
l. 1. c. 41.

Differentiae.

Quidam tria Basiliscorum genera constituunt, *Helyochryson*, qui quae vidit accendit, et inflammat, aurei coloris; *Chrysocephalon*, capitis au-

rei qui quod videt perterrefacit et occidit: et *Haematiten*, sanguinei coloris, ad cuius ictum carne animal nudatur. Sed has ego fabulas esse puto. Encelius in *Sylvestres* et *Domesticos* distinguit. De reliquis ita ex Cardano Ambrosinus. Recitat Cardanus quod circulator quidam Serpentem, in maceriis domus dirutae Mediolani inventum servabat, qui *caput* ovi magnitudine, et pro ratione corporis praegrande habebat, *dentes* in utraque mandibula viperinos, corpore et forma stellioni simili. *Pedes* illi inerant duo, cruraque brevia: unde constabat non satis proportionatum animal a natura fuisse fabricatum, cum longitudini corporeae quatuor pedes necessarii fuissent. Tales pedes erant magni: Et *ungulis* veluti folium muniti, *cauda* longitudinem totius animalis adaequabat, cujus extremitas capiti stellionis aequali erat praedita. Cardanus ex genere Basilisci hunc fuisse credit: Siquidem dum stabat, gallo similis esse videbatur, nisi quod corio, et non plumis tegebatur, alisque carebat. Denique in volumine de ostentis observatur icon cujusdam Basilisci in solitudinibus Africae stabulantis; quae quoniam est figura animadvertione digna, diciturque animal, sibilo, halitu caeteras animantes necare herbasque exficcare: libuit ante legentium oculos talem iconem repraesentare.

Ambros. de  
Serp. l. 2.  
cap. 2.

## PUNCTVM II.

## De Exoticis, nempe Dracone Pythio, et serpentibus Bambae.

De Dracone Pythio pauca occurrunt. Putatur ita dictus, quod post Deucalionis diluvium ex putredine terrae natus fuisset. Suidas Delphinem etiam fuisse dictum testatur, quod ex Apollonii Argonauticis habet. Ratio nominis a Delphici oraculi custodia sumpta est. Dicitur habuisse os triplici dentium ordine armatum, oculos magnos, et visum acutum, magna sub mento palearia, et corpus ex flavo rutilans. Fue-

re tamen et virides et caerulei, ut apud Statium videre est; Cyanei, quod Claudianus reliquit. Eminentibus fulgidis et duris squamis tegebatur. Iconem ex Grevino damus. Ex terra post Deucalionis diluvium genitum Poëtae fabulati sunt. Ideo Deucalionaeus dicebatur. De serpentibus Bambae ita Nierembergii. Serpentes sunt magnitudinis horrendae, si conferantur cum nostratibus, et praecipue palustres, quorum

Stat. Theb.  
l. c.

Nieremb.  
A. E. l. 12.  
cap. 38.

n 2

rum

Apollonius  
Argon. l. 2.





rum aliqui longitudine 25. et in latitudine 5. spithamas excedunt, ventre tam capaci, ut totum cervum, aut aliud ejus magnitudinis animal una vice devorent. Ex aquis egrediuntur et pasti eo redeunt: unde et ab incolis *magnae natrices* appellantur. Ascendunt quasvis altissimas arbores, in quibus vagabunda animalia, quasi e specula contuentur: et ubi ea victum quaerentia accesserunt, summa vi se in ea demittunt, atque ita et morfu, et mole occisa, in solitudinem aliquam vicinam tracta, tota cum pelle ossibus et carnibus deglutiunt. Et saepius etiam accidit, ut cibo nimium repleti, quasi ebrii reddantur, et in somnum maximum incidant; ita ut puer etiam illos occidat; durat haec satietas ac somnolentia per quinque aut sex dies continuos, post quos demum expectati, ad consuetas suas venationes redeunt. Pellem statis temporibus mutant. Aliquando etiam nimia di-

latione ex cibo nimio rugosam ante tempus exuunt, quae inuenta, homines in admirationem, belluae magnitudinem inde cognoscentes, rapit. Magni ejus carnes tostas faciunt Aethiopes, et gallinarum habentur multum deliciores, sed vix eas adipisci possunt, nisi cum aliquando nimio calore incenduntur sylvae, et tum omnes, quae a suis lacubus, aliquando fuerunt remota, semitostae inveniuntur, et in magnis habentur deliciis. Viperae praeterea inveniuntur ibi adeo venenatae, ut morfi ab iis, post 24. horas summo cum dolore moriantur. Incolae itaque diligenter se muniunt herba, quam ejus antidotum esse norunt.

Idem de illis et Iaricus prodit. Quod autem addit, esse quoddam genus, in cauda rotundam lagunculam, quae dum se movet, strepitum edit habens, ad illum quem Teuthlacacahuqui vocari diximus, referendum est.

## PUNCTUM III.

## De Bitin, et serpentibus Senegae.

Nieremb.  
H. E. I. 12.  
cap. 18.

Ad Exoticos quoque spectant *Bitin* et *Serpentes Senegae*. Incola montanorum locorum *Bitin* est, aspectu serpens terrifico, nigris punctis, rubeis ac candidis, vitulino capite, ampla fronte adusque oculos, qui nigri sunt lucidique, sed virenti circumdati iride, rictu oris magno, munito multis et acutis dentibus, caninis quaternis, digitum prolixis, se se mutuo invicem excipientibus,

quatuor ulnarum longitudine et crassitudine hominis. Conscendit arbores, unde se vibrat appensus cauda: Rapit boves et apros, et alia hujus generis animalia, devorans ea quandoque integra, ex hoc venatu vivens. Amat insulam Cubu, visusque est in Insula Lutaii a militibus Hispanis, cum vellent naves exonerare. De *Serpentibus Senegae* superius diximus.

## ARTICULVS II.

## De Draconibus non alatis pedatis.

## PUNCTUM I.

## De Hydra.

Nomen.

Dracones non alati pedati, sunt *Hydra* et *Draco bipes Bononiensis*. *Hydra* nomen ἀπὸ τῆς ὕδατος, Virgilius belluam *Lernae* a lacu *Lernaeo*, in quo a Hercule interfecta dicitur: Plautus *Excetram*, seu ut Isidorus *Excedram*, quod uno capite detruncato, duo vel tria excrescerent vocavit. Euripides *κύρα* dixit.

Plautus in  
Perseo.  
Eurip. in  
Hercule  
furente.

Plurium capitum esse, Poetae fabulantur. Ἐνεανέφαλον Alcaeus, Περτημοντακίφαλον, Simonides. Vnum habere Pausanias prodidit, quod verisimile: magnitudine a reliquis hydris discerni. Quarum Icones apposuimus, arti ortum debent. Una visa Veneriis in thesauro Principis, incredibilis ob raritatem pretii, ut Gesnerus


rus




*Draco bipes apteros captus in  
Agro Bononiensi*



*Draco alatus Apes  
ex Greuino Aldro.*



*figura ex Pareo*



*Draco Æthiopicus*







Draco...  
ex...

Draco...  
ex...



Draco...  
ex...



Draco...  
ex...



Ar  
Hi  
pe  
c.  
Ca  
de

Vir  
nei  
Pat  
Co

Am  
Hif  
pen  
cap.



rus ex amico accepit, septiceps. *Altera* est Equitis de Corneto. Allatam A. C. 1530. mense Ianuario, Venetias ex Turcia totidem capitum, Regique Gallorum oblatam, icon testis est. Vifa ibidem non multis abhinc annis bipes, sex unguibus armata, ut Ambrosinus reliquit. Lato valde corpori, septem artificio singulari formata capita, annexa erant. Cardani illa, quam Meona Pisanus fictitiam sectione comperit; medium Caput longius et crassius gerebat, viperarum omnia aemulabatur. Oculi post aures, hiatus maximus, dentes canini; lingua lati, Colla maculosa erant. Cauda toto corpore dimidio longior; pedes unguibus parvis armati. Magnitudine cuniculum aequabat. Color sub ventre candidus, circa dorsum flavus, seu viridi dilutus.

Ambros. Hist. serp. l. 2. c. 4. Cardan. de subt. l. 9.

Locus. Virgil. Aeneid. l. 6. Pausan. Corinth. l. 2.

Apud inferos stabulari Poetae dixerunt, Virgilius inprimis. Pausanias sub Platano quadam ad fontem Amymone altam scribit. In lacu

Lernaeo Argivis et Mycenis contermino vixisse, vulgaris est opinio.

Hesiodus Echidnae ex Typhone filiam fecit. Ex sordibus in Lernam coniectis, ibidemque putrescentibus, extitisse verisimile est.

Vel ipso afflatu exitium attulisse, multi tradiderunt: sanguine infecta Hercules, qui eam superavit tela, exitialia fuisse, passim apud Poetas occurrit. Toxicum veterum, quod quidam napellum, alii taxum, nonnulli venenum Scythicum esse volunt, non facile dixerim. Linguam, si in illud incurras, inflammat, tussim siccam, phrenitidem, et tremorem cordis excitat. Cutis adusta quasi, Corii flammae admoti instar, facile rumpitur. Aeger in ululatus et vociferationes solvitur, quas strictum in se videns ensem excitare consuevit. Remedium a Colocasia, panace Aesclepio, Carne inprimis cydoniorum, et sanguine hircino, quod apud Dioscoridem habemus, petitur.

Ortus.

Venenum.

## PUNCTVM II.

## De Dracone Bononiensi bipede.

Draco hic Anno Christi 1572. III. Idus Martii primum in loco Malavolta sibilum edidit: post diem Afensionis vero, juxta sepem apparuit, et a rustico currum et boves agente, qui eo viso ulterius progredi non audebat, hasta ictus et interfectus est.

Descriptionem ejus, verbis Ambrosini apponam. Admirabilis hic Draco, inquit ille, a capite ad extremitatem usque caudae erat duorum cubitorum: ab ore ad initium usque latitudinis corporeae dodrans inter corporis latitudinem et caudae principium observatur. Deinde ad extremitatem usque caudae longitudo cubitalis, nempe duorum dodrantum, hujusmodi partem adaequabat. Prope collum erat latitudinis duorum digitorum, et a capite ad primum usque et anteriorem pedem dodrantalis longitudinis et a primo pede ad eam usque partem, viperarum affimilabatur. Et corpus in ea parte latitudinis fesquipalmaris, nimirum

Ambros. Hist. Serpent. l. 2. cap. 5.

sex digitorum visebatur. Posterio-rem colli partem torques albus exornabat, ad instar Natricis torquatae, vel instar Anatis sylvestris torquatae, quae Italis vulgo *Cesone* nuncupatur, vel tandem instar merulae alpestris torquatae, quae vulgo *Mella della collana* cognominabatur. Caeterum in hoc dracone torques non erat mutilus, ut in multis aliis animalibus observatur, sed absoluti circuli torquem integrabant. Supra dorsum squamae latae apparebant, aemulantes squamas Cyprini piscis Aristotelis, qui vulgo Raina appellatur. Major pars harum squamarum ad viriditatem tendebat: imo aliquae erant subrubrae, sed inter has quaedam nigrescebant: hinc deprehensum est hoc animal ad genus Draconum referendum esse: Propterea quod Dracones, ut plurimum, virides effigiari soleant. Pars *alvi* Draconem proprie repraesentans squamis viridibus erat exornata. Si pedes contemplerur. Primum advertendum

o

dum



dum est, quod *femur* junctum tibiae erat latitudinis pollicis; et digiti suis articulationibus connectebantur ut in lacertorum digitis observatur. *Digiti* tamen non erant quini, ut in lacertis, sed tantum quatuor brevibus unguibus armati, qui adhuc eorum primordia prae se ferebant: unde Draconem juvenem esse conjectavimus: quemadmodum etiam ex dentibus dignosci poterat. Praeterea altitudo *pedum* latitudinem corporis adaequabat. Immo magna admiratione tenebamur, quod pedes ex opposito juncti non essent: veluti in caeteris animalibus quadrupedibus, et in aliis exanguibus multipedibus observamus: sed *pedum* unus erat anterior altero, distantia sex digitorum, neque in eodem latere; immo per Diametrum erant oppositi: ut facilius forte corpus movere possent: propterea quod media pars corporis motu progressivo impellebatur, reliquae autem partes, nempe colli, et caudae per lubricos fluxus ritu serpentino movebantur. *Podex* ab extremitate caudae duabus distabat palmis, pars *caudae* superior viperæ erat similis, inferior vero dissimilis: siquidem squamæ partim nigrae, partim virides erant, hoc tamen ordine, et figura, ut quasi singulae formam semicircularem referrent, et binæ tantum latitudinem caudae amplectebantur. Secus vero in viperæ se habent, quoniam squamæ rectae sunt per totam corporis partem inferiorem. In hoc autem Dracone a podice ad caput usque squamæ inferiores, tam residuae caudae, quam ventris, et totius colli ad os usque rectae erant, ut in viperæ, hoc tamen ordine, ut imbric-

catim sitae essent, colore usque ad alvum partim albo, partim nigro, sub ventre albae, et latiores dimidio fere digito. At in extremitate squamarum rectarum nonnihil coloris viridis conspiciebatur. Demum extremitas *caudae* durissimo, et corneo fere apice munita erat, cujus una pars squamulis tegebatur, et extremitas apicis nigerrima, et aculeus instar literae C. seu instar Centri scorpionis, erat repandus. Quamobrem verisimile fuit, hoc animal hujusmodi aculeo, pro tutela adversus caetera animantia uti. Caeterum, ut melius forma hujus draconis intelligatur, denuo singulas partes considerabimus. *Caput* erat admodum simile viperino, pars capitis superior juxta extremitatem, erat nigra, novem nigris squamis integrata, reliqua autem pars squamis majoribus leucophaeis trigonam figuram aemulantibus. *Oris* hiatus longitudo erat duorum digitorum: *lingua* tenuis, longa et bifida, more aliorum serpentum conspiciebatur. Singula oris latera *dentes* ferrati, et graciles armabant, anterioribus tamen in viperæ observatis carebat. Hinc colligimus hoc animal non valde fuisse venenosum. *Oculos* in comparatione ad molem corpoream magnos habebat, et aurei coloris: quae de re draconem hunc solaris naturae fuisse judicavimus. Foramina *aurium*, ritu avium, habebat; deinde auriculis carebat, quamvis in Helvetiis Anno 99. supra millesimum et quadringentesimum Draco auribus longissimis praeditus fuerit inventus. Idcirco ad monstrum in genere serpentum reducendum fuisse putavimus.

## CAPVT II.

## De Draconibus alatis.

**D**racones alatos dari negat Ammianus, comprobatur experientia. Dari in Aethiopia certum. Vifus et in agro Pistoniensi squamosus, bipes, dentibus magnis, auribus ur-

si instar pilosis, cujus alae, cubitum longae et latae, multis intertexebantur nervis. Sirenes Aethiopibus dari Isidorus auctor est. Descripsit et Scaliger longitudine pedum



dum quatuor, crassitie brachii humani, cui alae cartilagineae de lateribus dependebant. Similem in agro Santonico occisum, et ad Regem Franciscum delatum, Galliam vidisse Brodaeus testis est. Cardanus quoque Lutetiae tam diligenter exsiccatos, ut vivi viderentur, bipedes, alis exiguis, capite serpentino, colore lurido, pilis nullis, cuniculi magnitudine vidit. Ex India allatae dicebantur. Bellonius integra eorundem cadavera, diligenter condita se vidisse dicit; et quidem de eorundem genere, qui ex Arabia in Aegyptum advolant. Crassi hi circa alvum, bipedes, alis vespertilionum, et anguina cauda instructi. Respondit eis icon quam Gabriel Barbarus Aldrovando communicavit: et Aethiopicus exsiccatus Draco, quem a Francisco Ceveni accepit; tubercula quinque in dorso prominentia si excipias, Squammae virides, et subnigrantes erant; pedes bini, ungue armati; auriculae totidem, alae ad vo-

landum factae; Os dentibus acutis instructum; nares binae; pars capitis inferior versus auriculas plana; Oculi pupilla cum circulo femiluteo nigra; Cauda longa, flexuosa, subluceis squammis tecta. Nos hic quatuor icones exhibemus; quarum prior est ex Grevino; altera ex Pareo; reliquae duae Aethiopicos expriment, unum sine eminentiis in dorso; alterum cum eminentiis, quarum modo mentionem fecimus. Reperiuntur in Arabia, et si Herodoto fides, circa arbores thuriferas, si Plinio, circa Cassiae. Inde in Aegyptum avolant et ab ibidibus consumuntur. Cicero Lybia discedere scripsit. In antris plerumque degunt. Cum aquila et elephanto dimicare, Plinius author est. Et tantum de Serpentibus et Draconibus. Si quae interim occurrent, vel in Paralipomenis, vel in editione iterata, reponentur, volente Deo, cui laus, honor et gloria, in sempiterna secula  
*Amen.*

Brodaeus  
Miscell. l. 3.  
cap. 1.

Cardan. de  
Variet. rer.  
l. 7. c. 29.

Cicero l. 1.  
de Nat.  
Deorum

Plin. H.N.  
l. 8.

F I N I S.





# INDEX

## IN HISTORIAM NATVR ALEM

### DE SERPENTIBVS IOHANNIS IONSTONI

Med. Doctoris.

Prior numerus Historicae descriptionis locum exhibet, posterior  
Tabulam Iconifimi demonftrat.

<b>A.</b>	
<p><b>A</b>contias, Ungelſchlang, <i>Nomen, Descriptio, Locus, Venenum, Natura, Differentiae, Vſus,</i> Pag. 31. Tab. 4.</p> <p>Aguafen. 23.</p> <p>Ahucyatli. 21.</p> <p>Ammodytes, <i>Nomen, t. 1. p. 17. Descriptio, Locus, Venenum, Remedia,</i> 18.</p> <p>Amphisbaena, <i>t. 5. Nomen, p. 27. Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae, Vſus,</i> 28.</p> <p>Anguis Angioleta Neap. 35.</p> <p>Aesculapii, <i>Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 34. t. 5.</p> <p>Bifognola Bononiens. 35.</p> <p>Caprimulgus. 45.</p> <p>Cerveri. 33.</p> <p>Cervonis. 33.</p> <p>Apochycoatl. 40.</p> <p>Argoli. 41.</p> <p>Aſpis, <i>t. 3. Nomen, Descriptio, p. 23. Locus, Sympathia et Antipathia, Natura, p. 24. Venenum, Vſus,</i> 25.</p>	<p>Dipſas, <i>t. 3. Nomen, Descriptio, Locus, Venenum, p. 26. Differentiae,</i> 27.</p> <p>Domina Serpentum Nieremb. p. 36. t. 7.</p> <p>Draco, <i>Nomen, Descriptio, Locus, Vſus, p. 47. Generatio, Antipathia, Venenum, Mores, p. 48. Vſus in Cibus, Differentiae,</i> p. 40. t. 10. 11.</p> <p>aethiopicus. p. 55. t. 10.</p> <p>bipes Bononiensis. p. 53. t. 10.</p> <p>Pythius. p. 51. t. 11.</p> <p>ex Raja effectus Aldr. t. 12.</p> <p>alter ex Raja excicata Aldr. t. 12.</p> <p>Dryinus, <i>Etinſchlang, Nomen, Descriptio, Venenum,</i> p. 32. t. 5.</p>
<b>B.</b>	
<p>Bafiliscus, <i>Nomen, Generatio, Venenum,</i> p. 50. <i>Differentiae,</i> p. 51. t. 11.</p> <p>In ſolitudinibus Africae. p. 51. t. 12.</p> <p>e Raja effectus prone et ſupine pictus. t. 12.</p> <p>Bitin. 52.</p> <p>Boa. 44.</p> <p>Body. 29.</p> <p>Boiciminga. p. 35. t. 6.</p> <p>Boicinimunga. p. 35. t. 6.</p> <p>Boiquira. p. 35. t. 6.</p> <p>Boiguacu. p. 37. t. 6.</p> <p>Bojobi Braſil. 40.</p> <p>Boitiapo. 30.</p> <p>Boquatrara. 47.</p> <p>Bor obi. 38.</p>	<p>Excetra Iſidori. 52.</p> <p>Excetra Plauti. 52.</p> <p>Elaps, ſeu Elops, Elaphis, <i>Nomen, Descriptio,</i> p. 33. t. 5.</p>
<b>C.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Hydra, <i>Nomen, Descriptio, p. 52. Locus, Venenum, Ortus,</i> p. 53. t. 11.</p> <p>Hydrus marinus. p. 46. t. 8.</p> <p>Hydrus, <i>Nomen, Descriptio, Locus, Vſus, p. 42. Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 43. t. 8.</p> <p>Hypnalis. 23.</p>
<b>D.</b>	
<p>Decurtati. 31.</p>	<p>Hypnalis. 23.</p>
<b>E.</b>	
<p>Bifognola Bononiens. 35.</p> <p>Caprimulgus. 45.</p> <p>Cerveri. 33.</p> <p>Cervonis. 33.</p> <p>Apochycoatl. 40.</p> <p>Argoli. 41.</p> <p>Aſpis, <i>t. 3. Nomen, Descriptio, p. 23. Locus, Sympathia et Antipathia, Natura, p. 24. Venenum, Vſus,</i> 25.</p>	<p>Excetra Iſidori. 52.</p> <p>Excetra Plauti. 52.</p> <p>Elaps, ſeu Elops, Elaphis, <i>Nomen, Descriptio,</i> p. 33. t. 5.</p>
<b>F.</b>	
<p>Bitin. 52.</p> <p>Boa. 44.</p> <p>Body. 29.</p> <p>Boiciminga. p. 35. t. 6.</p> <p>Boicinimunga. p. 35. t. 6.</p> <p>Boiquira. p. 35. t. 6.</p> <p>Boiguacu. p. 37. t. 6.</p> <p>Bojobi Braſil. 40.</p> <p>Boitiapo. 30.</p> <p>Boquatrara. 47.</p> <p>Bor obi. 38.</p>	<p>Haemorrhous, <i>t. 2. Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, p. 20. Differentiae,</i> 20.</p> <p>Hoacoati Mexic. 37.</p> <p>Hyaena Aeliani. 41.</p> <p>Hydra, <i>Nomen, Descriptio, p. 52. Locus, Venenum, Ortus,</i> p. 53. t. 11.</p> <p>Hydrus marinus. p. 46. t. 8.</p> <p>Hydrus, <i>Nomen, Descriptio, Locus, Vſus, p. 42. Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 43. t. 8.</p>
<b>G.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Ibiboboca Braſ. p. 37. t. 6.</p> <p>Ibyara Marcgr. p. 28. t. 3.</p> <p>Ilicinus. 32.</p> <p>Iraraca. p. 39. t. 6.</p>
<b>H.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Kokob. 21.</p>
<b>I.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Laphiati. 33.</p>
<b>J.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Maquizecoatl. 28.</p> <p>Maripeti angues. 46.</p> <p>Mater formicarum. p. 28. t. 7.</p> <p>Mergoli. 41.</p> <p>Miliaris. 30.</p>
<b>K.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Natrices magnaе. 52.</p> <p>Natrix Torquata. p. 44. t. 8.</p> <p>Rubetaria, <i>Nomen, Descriptio, Natura,</i> p. 44. t. 8.</p>
<b>L.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Padalica Polon. 44.</p> <p>Polpoch. 32.</p>
<b>M.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Querculus. 32.</p>
<b>N.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Raetelſchlang. 35.</p>
<b>O.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Scolopendra marina. p. 46. t. 9.</p> <p>ametyſthini coloris, p. 46. t. 9.</p> <p>Seytale, <i>Nomen, Descriptio, Natura,</i> p. 27. t. 4.</p>
<b>P.</b>	
<p>Caninana. 40.</p> <p>Cafcavela Luſit. 35.</p> <p>Caecilia Blindſchleich, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 29. t. 4.</p> <p>Cega Luſit. 29.</p> <p>Cenchrus, <i>Nomen, Descriptio, Natura, Vſus, Differentiae,</i> p. 30. t. 4.</p> <p>Ceraſtes, <i>ſchörmigte Schlang, Nomen, Descriptio, Locus, Natura, Venenum, Differentiae,</i> p. 19. t. 2.</p> <p>Cefone. 53.</p> <p>Cherſydrus. p. 31. t. 8.</p> <p>Cobra de Cipo Luſ. 39.</p> <p>Cobra de Coral. 37.</p> <p>Cobra de Veado. 38.</p> <p>Cobre Verde. 40.</p> <p>Cuilcahuilia. 39.</p> <p>Cumcoatl. 41.</p> <p>Curucucu. 21.</p>	<p>Seps. 32.</p>